

stantius; ead. Sac. Congr. Immun. in Spoletana 3 Julii 1674. lib. *Decr. Altov.* pag. 963.

(84. Furans in Ecclesia gaudet Immunitate, sed potest puniri aliqua pœna leviori; eadem Sac. Congregatio Immun. in Squillacen. 18. Martii 1631. lib. 2. *Decretal. Paul.* pag. 100. (85. Simples fures gaudent Immunitate, adeoque sunt restituendi Ecclesiæ; ead. Sac. Congr. Imm. in Sorana 14 Jan. 1698. lib. 2. *Decr. Vall.* p. 133.

(86. Sed merces, et pecuniæ restituantur integre, reservatis juribus repetendi alimenta præstita furibus carceratis, quibus de jure; eadem Sac. Congr. Immun.; *ibid.*

(87. Cum facultate Sacræ Congregationis possunt extrahi Fures ab Ecclesiis ad correctionem, quando reperiuntur actualiter furantes; eadem Sacra Congreg. Immun. in Urbevetana 5 Junii 1694. lib. 1. *Decret. Vallem.* pag. 127. (88. Curia Episcopalis non potest absque dicta facultate extrahere Fures, nec res furto sublata; ead. Sac. Congr. Immun. in Perusina 1 Martii 1695. d. lib. pag. 176. (89. Neque ad effectum vitandi popularem tumultum; *ibid.* (90. Et si extraxerit, Sacra Congregatio mandat Episcopo, ut faciat restitui; *ibid.*

(91. Episcopus cum facultate Apostolica potest extrahere res furto sublata, dummodo non permittat consignari Judici Laico pro corpore delicti; ead. Sac. Cong. Immun. in Ravennaten. 5. Novembris dict. An. et lib. pag. 227. (92. Verum jussu Sanctissimi injungitur Episcopo Faventino, ut consignet Curie Legationis Ferrarien. septem Fures detentos in suis carceribus una cum processu contra illos formato cum solita præservatione; ead. sac. Cong. Immun. in Faventina 17 Aprilis 1694. lib. 1. *Decret. Vallem.* p. 118.

(93. In causa furti nocturni cum qualitate *di scalata*, ut dicitur, et cum fractura portarum, jussu Sanctissimi datur Legato Urbini facultas examinandi Cancellarium Vicarii Foranei, ac procedendi contra eum, si culpabilis reperiatur; ead. Sac. Congregat. Immun. in Urbinaten. 25 Maii 1694. d. lib. pag. 125. (94. Deinde idem Sanctissimus præcepit d. Episcopo, ne ulterius procedat in eadem causa, sed procedat Tribunal Legationis; in eadem 5 Junii; *ibidem.*

(95. Quamvis Latro extractus gaudeat immunitate Eccles., attamen conceditur facultas Ordinario ipsum retinendi aliquo tempore in carceribus pro exemplo aliorum, ac attempta mala ipsius qualitate, et circumstantiis facti; ead. Sacra Cong. Imm. in Pisana

23 Augusti 1633. lib. 2. *Decret. Paul.* pag. 169.

(96. Annuente Sanctissimo conceditur Ministris Montis Pietatis Forolivien. ut possint offerre de pecuniis Montis præmium scutorum 300. Detectori, seu Propalatori furti facti cum fractione muri in dicto Monte scutorum 2500. ac etiam conceditur in mandato Sanctissimi Facultas Em. Legato promittendi impunitatem alicui complici in delicto, arbitrio Eminentiæ suæ; ead. Sacra Congr. Immun. in Forolivien. pag. 80.

(97. Fures Rerum privatarum in compe-dibus vitam agere; publicarum in auro, et purpura conspicuos incedere, ait Cato, *sent.* apud Ursayam in 1. *Miscellan. sacro, et profano* litt. F. num. 173.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(98. An civilis pœna dupli, vel quadrupli prout furtum erat manifestum vel non manifestum, a jure Romano statuta adhuc obtineat? negat Groenowegen *de Legib. Abrogat. Instit.* lib. 4. tit. 1. § 4. num. 1

(99. Quoad pœnam publicam, eadem est pro furto cum violentia commisso, ac pro furto non violento. (100. Quoad vero ipsum furtum non violentum oportet distinguere, num sit primum, an secundum, an tertium. (101. Valor etiam rei furtivæ inspiciendus est in hoc furto non violento. Tum illud videndum, an sit domesticum. Vide de varia furti pœna publica, prout varium est ipsum furtum, egregie disserentem Stryk. in *Usu modern. Pandect.* l. 47. t. 2. fere per tot.

(102. Illud breviter est examinandum, an pœna mortis pro furto sit justa. Negant aliqui, quia nulla est proportio inter pœnam hanc, et delictum. Addunt, quod jure divino non pœna mortis, sed dupli quadrupli, etc. solum in Fures statuta est *Exod.* 2. v. 1. seqq. At affirmant Carpzov. *Prax. crimin.* quæst. 77. Hoppius in *Comment.* ad § 5. *Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascuntur in us. hodiern.* (103. In irrogatione enim pœnarum non ad delicti quantitatem, id est ad rem circa quam delinquitur, sed ad qualitatem, id est dolosam legis transgressionem, et exinde propullulantem turbationem Societatis humanæ respiciendum est. Hinc nullum dubium est, quin pœna mortis pro justa haberi debeat. (104. Quod vero attinet ad Legem Mosaicam, quum ea in parte hac, in qua de furto disposuit, sit mere forensis, nihil impedit quo minus Princeps duriorum quoque pœnam circumstantiis ita exigentibus Furibus dictare valeat.

SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETA

JUXTA VOCUM QUÆ HOC VOLUMINE RECENSENTUR SERIEM DIGESTA.

D

DAMNUM.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Damnum et jacturam, in quam alter ex sodalibus Confraternitatis sub titulo SSmi Sacramenti canonice erectæ in oppido Bondeni incidit propter suam in carcerem inclusionem, reparandam non esse S. Congregatio putavit. Archiepiscopus enim illum ex Societate rite expulerat: Ferrarien. Confraternit. 14 Sept. 1782, dub. 8.

(2. Procurator fiscalis Curie Abbatialis S. Mariæ in Satria, vulgo *della Barbara*, poposcit damni, quod ob contradictionem Marchionis Aloysii Herculani novi Emphyteutæ

bonorum Mensæ Abbatialis, quibus instrumenti stipulatione retardata oblata fuit sexta, pertulit, et judicialium, ac extrajudicialium expensarum litis juxta elicitam contestatam denunciationem compensationem; sed frustra poposcit: Senogalien. Emphyt. 15 Sept. 1792, dub. 3.

(3. Damnum et expensarum refectionem negavit Sac. Congregatio Canonico Maffi, qui ob causam civilem suspensus fuit e Divinis per injustam sententiam Vicarii Capitularis: in « Montis alti suspensionis et irregularitatis super refectione damnorum, et expensarum » 28 Martii 1801.

DECIMÆ.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. An Parochi teneantur publicare Matrimonia, et decimas exigere in Amerinæ Cathedrali, sive potius illa publicare possint, et decimas exigere in propriis Ecclesiis in casu, etc.?

S. Congreg. « Quoad publicationem Matrimoniorum faciendam esse tam in propria Ecclesia, quam in Cathedrali ad formam constitutionis synodalis anni 1660. Quo vero ad exactionem Decimarum in nulla Ecclesia faciendam esse, sed in loco ab Episcopo designando. » Amer. die 7 Maii 1763, ad 6. dub.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Capitulo Collegiatæ, et Parochialis Ecclesiæ Stauffensis competit jus exigendi decimas in natura sive in specie, quomodo ei assignatæ fuerunt in dote occasione erectionis in Collegiatam, nec obstat contractus locationum, et signanter anni 1739, in quo præter alia pacta conventum fuit de pecuniaria solutione decimarum, a quo contractu Capitulum prævia monitione facta ob non servatas conditiones recedit: Constantien. Decimarum 28 Julii 1782, dub. 1.

Hinc Parochiæ incolæ redintegrare Capitulum de eisdem decimis in natura, sive in specie a die motæ litis pro summa liquidanda tenentur; *ibid.* dub. 2.

(2. Quum Episcopus Reatinus sacram visitationem agens decrevisset spectare ad Archipresbyterum Castri Franchi jurisdictionem per totum territorium ei adjunctum ab ipsa civitate Reatis juxta descriptionem a Peritis factam, assignando Parochis SS. Eusanii, Leopardi, et Donati domos rurales

existentes prope dictam Civitatem in descriptione non comprehensas; præfatus Archipresbyter petiit inde ejusdem Decret; confirmationem a Sacra Congregatione, eamque annuentibus Parochis supradictis obtinuit. Sed hanc confinium divisionem acriter impugnant fratres Stola, quia adjunctum prædium in territorio Castri Franchi possident, renuentesque proinde decimas persolvere, responsum a S. Congregatione accipiunt, firmum manere Episcopi decretum debere, decimasque a die decreti ipsius ab incolentibus domos fratrum Stola existentes in Parochia Castri Franchi solvendas: Reatina Dismembrat. et juris decimandi 31 Maii 1783, dub. 2, confirmat. 10 Januar. 1784.

(3. Parochiæ titulo Ecclesiæ S. Leonardi suppresso illius Parochus in cœtum Canonico-rum Ecclesiæ Cathedralis cooptatus est. Carolus Petrucci Canonice dictus Parochi successor quum vidisset plures a suppressa Parochia defecisse familias, et alibi habitantes decimarum sibi præstationem abnuere, censentes propriis Parochis deberi veluti personales, seu Sacramentales, S. C. adiit, ut ad Decimarum in sui favorem solutionem illi teneantur, etsi alio familiæ migrarint, sive in posterum migrassent. Et emanavit S. C. decretum decimas præstandas esse ad normam informationis Episcopi anni 1675. Pisaren. Decimarum 9 Julii 1785.

(4. Decimæ solvendæ pro bonis sitis in Districtu Parochiæ Trivii antiqui, spectantibus ad Incolas regulares, Locaque pia Civitatis Pisauri, debentur prædiales quidem Parochio Oppidano, Sacramentales vero Parochis Urbanis ejusdem civitatis. Illas autem deberi statuitur ex frumento et lino pro medietate, dimidium nempe unius ex viginti, seu (ut

incolæ aiunt) unum pro quolibet ex quadraginta, et areis ad formam resolutionum 1779, 1718, et 1785. Pisaurum. Decimarum 24 Martii 1792, dub. 1.

Et ex hac ratione debere decernitur etiam a conductoribus et emphyteutis, si eadem bona per exteros proprietarios locata sint, vel in emphyteusim concessa incolis Pisaurensibus juxta consuetudinem; *ibid.* dub. 2.

(5. Nec non alia ab iis, qui retinent domum tantum apertam in urbe Pisauri, nec ibi continuo, aut in majori anni parte habitant juxta resolutionem anni 1785; *ibid.* dub. 3.

(6. Hujusmodi autem decimas nullatenus debere juxta consuetudinem adjudicatur pro terris redactis ad usum prati, et pascuorum, in quibus satio frumenti et vini prætermissa sit; *ibid.* dub. 4.

Decimarum cessio expleta a plebano Offanæ Hieronymo Vici favore Communitatis ejusdem Oppidi, iterum per rescriptum in *decisis* approbatur, sub duplici præsertim convento pacto, quod commutari nimirum debeant decimæ a specie in quantitatem minori æstimatione, et soluta Plebano infra consuetam summa, duo ex reliqua constituantur Patrimonia sacra, Auximana concordæ super Decimis 18 Martii 1797.

(7. Decimas in frumento de more præstan-

DEPOSITUM, DEPOSITARIUS.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Depositarium Ecclesiæ Cathedralis singulis annis, ac etiam intra et extra annum, aecedente in hoc posteriori casu legitima causa, Episcopo rationem reddere teneri firmatur quoad redditus fabricæ; quo vero ad redditus Capituli Episcopum suo jure ad formam Concilii Tridentini uti statuitur: Asculana 12 Julii 1788, dub. 10, confirmat. 7 Febr. 1789.

(2. Eundemque Depositarium conservare, et in acta referre cuncta mandata solutionum, et Syngraphas postquam rationes cum Canonicis revisoribus consolidavit, onere non premi deciditur; obstrictum est tamen Capitulum documenta servare in redditione rationum exhibita. *Ibid.* dub. 11, confirmat. *ibid.*

(3. Petentibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis absolutionem ab omisso per duos annos deposito ob reddituum tenuitatem,

DIACONUS.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

1. Porrecto S. R. C. nomine P. Fr. Augustini Motuski Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Provinciae Minoris Poloniae Ministri provincialis supplicii libello pro resolutione sequentis dubii, nempe:

An Diaconus in Ordine tantum Diaconatus constitutus extra casum necessitatis, possit distribuere Fidelibus Communionem, in casu, etc.

S. eadem C. audito prius voto unius ex Apostolicarum cæremoniæ Magistris super dicto Dubio ab eodem exarato, ad rela-

das esse, non in pecunia a Parœciis præsertim ruralibus Diœcesis Calliensis, statuit Sacra Congregatio, in Callien. Decimarum et Funeris 23 Januarii 1802.

(8. Decimarum Parochialium cessionem, quam Capitulum Sutrinum facere postulabat mensæ Episcopali pro decimis ab ipso Capitulo debitis eidem mensæ rejecit Sacra Congregatio in Sutrina Cessionis 12 Februarii 1803.

(9. Decimas prædiales solvendas esse in loco, in quo sita sunt bona, definivit Sacra Congregatio revocata re judicata Ale. Amadei, quæ immunes ab onere declaraverat Fanenses possidentes in aliis Territoriis in Fanen. Decimarum 30 Aprilis 1803.

(10. In quasi possessione Juris Decimas percipiendi, S. Congregatio confirmavit Capitulum Ecclesiæ Ophidanae, quas per tria sæcula, veluti partem reddituum Monasterii S. Benedicti perceperat, ac inter quotidianas distributiones supputaverat; rejecitque Parochorum querimonias, qui illas sibi jure Parœciali vindicabant; sin minus ut earum loco congrua adaugeretur; cui tamen satis consultum fuerat Præbendis ad illos delatis. Asculana Litterarum Apostolicarum ad 4, et 5 dub. 20 Jan. 1838.

uti præscriptum a S. C. Episcoporum et Regularium putabatur, in extinctionem census pro reparatione Domus Mensæ Capitularis ex terræ motu labefactatæ impositi, S. C. absolutionis gratiam indulgit prævia SSmi consultatione: Foroliviensis 13 Junii 1789, dub. 3.

(4. Quum Archiepiscopus Capellaniam ordinatam ab Storatio Zeppi qui nullum verbum fecit in testamento, et codicillis de laicali qualitate, in beneficium ecclesiasticum erexisset; hanc erectionem S. C. approbavit, sed idem Archiepiscopus putans facultatem in genere testatorem ei tribuisse, in eadem erectione depositum fructuum Capellaniam pro dotandis puellis consanguineis, quoties de familia Zeppi masculus non extaret, qui Capellaniam exoptet, mandavit, quod nulli est detrimentum. Reposita in disquisitione, non esse locum deposito prædicto S. C. resolvit: Urbinate. 28 Maii 1796, dub. 3.

tionem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marefuschii Ponentis, rescribendum censuit: *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Ord. Min. Observ. S. Francisci Prov. Min. Polon. die 25 Februarii 1777.

(2. An Diaconi, quando Celebrans facit reverentiam Cruci in Sacristia, debeant genuflectere, sicuti in Altari genuflectunt, quando Celebrans Crucem salutatur transeundo ante illam, et in accessu, et recessu?

Ad 20. Non teneri ad genuflectendum. Ord. Min. S. Francisci De Obser. Provinciae Conceptionis B. M. V. in Regno Portugalliae, die 18 Decembris 1779.

(3. Rmus Taurinen. Archiepiscopus Rmo, et Rmo Domino Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Præfecto humillimas quum dederit Litteras hisce conceptas terminis nimirum

EMINENZA RMA.

Mi trovo costretto ricorrere all' Eminenza Vostra Reverendissima per il seguente caso. Nel Sabato dell' ora scorse Tempora di Pentecoste due Religiosi Francescani intervenuti all' Ordinatione del diaconato, dopo terminata la Funzione, e quando il Vescovo Ordinante si era digià ritirato nel suo appartamento, manifestarono, che non si erano presentati a ricevere il Libro degli Evangelii, credendo che non fosse ancora giunto il loro tempo, et che lo stesso era accaduto a qualche altro Chierico Secolare, senza saperlo indicare. Sentito ciò furono tosto condotti innanzi l'istesso Vescovo Ordinante, il quale suppl. l' omessa tradizione del Messale. Osservavasi però in sequito che varie sono le opinioni degli Autori, et che segnatamente Benedetto XIV, de *Synodo Diœcesana* lib. viii, cap. x, n. 13, riporta un Decreto in senso contrario, sebbene si riferisca all' Ordine del Presbiterato, si è creduto non doversi prendere determinazione veruna senza consultare l' Oracolo della Sacra Congregazione. A tale oggetto pertanto mi rivolgo all' esimia bontà dell' Eminenza Vostra Rma pregandola degnarsi dirmi che cosa debba farsi tanto riguardo a quelli, ne quali nulla fù fatto, e si verificasse chi effettivamente anche per essi abbia avuto luogo l'istesso difetto. Attendo con impazienza un suo venerato riscontro, m' inchino al bacio della Sacra Porpora, protestandomi col più profondo rispetto.

P. S. Dopo scritta la presente, vengo a riconoscere, che sebbene nella sera dello scorso Sabato mi fossi fatto premura scrivere al Superiore dei detti Religiosi per impedire che esercitassero l' Ordine, pure non essendo giunta in tempo la Lettera, uno di essi l'esercitò, e può essere accaduto l'istesso per altri.

Dell' Eminenza Vostra Rma

Torino 22 Maggio 1837.

Umò Obmo Dño Servitore.

Luigi Arcivescovo.

Sacra autem Rituum Congregatio in hunc modum rescripsit.

Perillustris, et Rme Dñe uti Frater.

Amplitudinis Tuæ Epistolam datam undecimo Kalendas Junii vertentis Anni accepimus super omissione traditionis Libri Evangeliorum, quæ inconsulto accidit novissima in Ordinatione Generali habita Sabbato quatuor Temporum Pentecostes in promovendo nonnullos Subdiaconos ad Diaconatus Ordinem, hujusmodi negotium illico demandatum fuit aliquibus hujus Sacrorum Rituum Congregationis Consultoribus Theologis, ut super re suam exponerent sententiam, quam

etiam ex tempore Amplitudini Tuæ nomine ejusdem Sacrae Congregationis communicamus, ut sciat quid in re sit agendum et dubiis forsitan obortis prudenter occurrendum. Sacra itaque Congregatio in suo, et Consultorum sensu respondit, quod si Amplitudo Tua prudenter judicet moram temporis, quæ inter Ordinationem horum Subdiaconorum in Diaconos et supplementum defectus intercessit, haud tantam fuisse, ut moralis conjunctio formæ cum traditione materiæ, merito censeatur abrupta, Ordinatos hujusmodi relinquere possit in sua bona fide quoad præteritum, et a qualibet suspensione in posterum absolutos declarare, quatenus sui Ordinis officium publice tuta conscientia (si aliud non obstat impedimentum) pro ratione sui status libere valeant exercere. Si vero dubitet tantum fuisse temporis, ut hiatus iste inter Ordinationem, et supplementum defectus nulla probatorum Auctorum interpretatione conjungi possit; tunc iterum si cum traditione prius ommissa Libri Evangeliorum simul protulit formam, sciat se posse acquiescere, et ita Ordinatos in suorum Ordinum exercitio, pariter acquiescentes dimittere. Si vero solam tradidit partialem materiam Libri Evangeliorum sine forma, tutius erit si Ordinatis hujusmodi caute, et secreto suppleat opportuno tempore defectum; traditionem materiæ simul cum prolatione suæ formæ repetendo. Quo in casu si tempus proximæ futuræ Ordinationis ad hujusmodi supplementum a Canone constitutum expectari nequeat vel ob periculum scandali, vel ob alias non levis momenti causas et circumstantias, quas Amplitudo Tua probe noverit, nec aliud obstat impedimentum, poterit ab interstitiis dispensare, et proximo quoque Festo defectum prædictum prudenter, et secreto supplere. Quod ad Clericos spectat Sæculares, de quibus, prout in casu exponitur, dubitatur an omisio eadem acciderit, curare pro sua prudentia Amplitudo Tua poterit ut Ordinati hujusmodi innotescant (quod non videtur tam difficile, si Catalogum, quem apud se certe habebit, Subdiaconorum in ea Ordinatione ad Diaconatum evectorum percurrat, et eos in quos suspicio hujusmodi cadere potest caute, et secreto circa hujusmodi dubium interrogari faciat). Si quos igitur invenerit, quibus eadem contigit omisio, idem præstabit, quod superius dictum est de duobus Religiosis, et si eos Ordinem Diaconatus bona fide hactenus exercuisse repererit, a Censuris, quatenus opus fuerit (si nihil aliud obstat) absolvat, et ad ejusdem Ordinis ministerium, et officium in posterum, quatenus opus fuerit exercendum, hoc est ad pie, et fideliter in suscepto Diaconatus munere ministrandum tutos in conscientia declarabit.

Quum per has responsiones omnibus a Te expositis fuerit opportune consultum, Amplitudini Tuæ diuturnam ex animo exopto felicitatem Romæ 16 Junii 1837.

Perill. et Rmo Dño uti Fratri Archiep. Taurinen.

DISMEMBRATIO.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

- (1. Parœciæ S. Lucie et S. Petri Oppidi Montis Florum dismembrationem negavit Sacra Congregatio, cum distantibus incolis della Madonna della Fede consultum esset per Deputationem Capellani Curati. In Firmana Dismembrationis Parœciæ 21 Novembris 1801, ad 1. Dub.
- (2. Parœciæ Castri Serra dismembratio rejicitur, sed ut remotioribus Parochianis consultum sit, uniuntur Parœciæ duo beneficia pro stipendio Capellani Curati. In Nullius Nonantulæ erectionis Parœciæ, et Unionis 11 Febr. 1803.
- (3. Parocho Falconaræ conceditur reintegratio ad regionem di Fiumicino nulliter dismembratam, deputato tamen in eadem regione Capellano Curato sumptibus ejusdem Parocho, in Anconitana Dismembrationis et reintegrationis 12 Febr. 1803.
- (4. Dismembrationem Parœciæ S. Joannis Civitatis Anconæ utpote nullam revocavit Sacra Congregatio, et ejusdem Parocho Cioccoli reintegrationem concessit ad regiones dismembratas, in Anconitana Dismembrationis 30 Aprilis 1803.
- (5. Dismembrationem Beneficii Curati, ad erigendam dignitatem Archipresbyteralem denegavit Sacra Congregatio in Aretina erectionis Archidiaconatus 23 Junii 1803.
- (6. In suppressione Parœciæ S. Martini Civitatis Forolivien peracta ab Episcopo Mercuriali Prati specialibus ab Apostolica Sede facultatibus munito, statutum eodem præsulis fuit, ut bona Parœciæ suppressæ post obitum actualis Parocho aliis Parœciis egentibus ab Ordinario essent applicanda. Anno 1819, Forolivien. Episcopus jussit ut quatuor Terrulæ pertinentes ad parœciam S. Thomæ, cui assignata fuere bona suppressæ Parochialis Ecclesiæ, Apostolice impetrato indulto Parœciæ Suburbanæ S. Joannis Baptistæ in Vico nuncupat. de Capuccini traderentur. Hanc dismembrationem, et applicationem terrularum approbavit, et confirmavit S. Congregatio in Forolivien. Dismembrationis et applicationis 16 Aprilis 1818.
- (7. Distulit Sacra Congregatio judicium super dismembratione Parœciæ di Rovigozzo Placentinæ Diœcesis, et respectiva erectione novæ Parœciæ in Oratorio S. Joannis vulgo di Bettola, nec non super assignatione Dotis novæ Parœciæ, et audiri decrevit Ministris Datarie Apostolicæ quoad impositionem pensionis super Parœciam di Tavernago. in Placentina Parœciæ 9 Julii ad I, II, et III Dub.
- (8. Coadjutorem, et Capellanos Congregationis laicalis SSorum Apostolorum Petri et Pauli translato ad Ecclesiam S. Dominici oppidi Vici Sipontinæ Archidiœcesis, attentam dismembrationem Parœciæ, distinctum separatimque corpus constituere a Clero Ecclesiæ matricis, seu S. Mariæ in Cœlum assumptæ Collegiatæ ejusdem Oppidi, dixit Sacra Congregatio; ita ut erectio distincta Crucis, aliæque attributa corporis Ecclesiastici eisdem competant, in Sipontina Dismembrationis Parœciæ 11 Jun. 1819, ad II Dub.

(9. Ad formam sententiæ Archiepiscopi Sipontini S. Congregatio erectionem Ecclesiæ S. Dominici in Parœciam confirmavit, quæ spirituali gaudet jurisdictione a Collegiata Ecclesia vici penitus sejuncta, facto verbo cum SSmo in Sipontina Dismembrationis Parœciæ 2 Junii ad 1 Dub. 1822.

(10. Ob magnum populi numerum, viarumque difficultatem accedendi ad parochialem Ecclesiam oppidi Massineani, hujus dismembrationem, novæque parœciæ erectionem extra oppidum in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia antequam concederet, ut media proposita pro novi Parocho congrua approbaret, exquirendam esset censuit Sacra Congregatio novam informationem ab Emo Archiepiscopo in Firmana erectionis parœciæ 3 Julii 1822. ad I et II. Dub.

(11. Juxta votum Episcopi esse locum dismembrationi Parœciæ di Rovigozzo, et respectivæ novæ Parœciæ erectioni in Oratorio S. Joannis vulgo di Bettola; dixit Sacra Congregatio in eadem Septembris 1822. ad I, II et III Dub.

(12. Archipresbyterum Gambetti ad residentiam in Parochiali Ecclesia S. Petri in Cultu prope Oppidum Mercatini, translata pluribus abhinc annis ab antecessoribus ad Ecclesiam S. Antonii oppidi Talamelli absque apostolica auctoritate, a qua litteræ collationis Parœciæ semper expeditæ sunt pro Ecclesia præfata S. Petri in Cultu, iterum coegit Sacra Congregatio, dum post dilatam die 18 Septembris hujus anni resolutionem standum esse in primo loco decisum, scilicet sub die 30 Augusti 1817, ubi fuerat archipresbyter ad residentiam coactus, non autem standum esse in secundo loco decisum sub die 2 Maii 1818, quibus fuerat a residentia onere solutus, definit in Feretrana Residentiæ, et Dismembrationis 20 Novembris 1822. ad I Dub.

(13. Priusquam vero decerneret, an esset locus dismembrationi ab Ecclesiæ S. Michaelis et respectivæ novæ erectioni parœciæ in Ecclesia S. Joannis et quomodo providendum esset congruæ doti novæ Parœciæ, vel potius deputationi capellani curati, novo Episcopo scribendum duxit, qui auditis parochio, et parochianis in scriptis distincte referret de vera necessitate vel erigendæ novæ parœciæ, vel deputandi capellani curati et de congrua assignanda in uno alterove casu ibid. ad III, IV et V. Dub.

(14. Cognitis vero actuali redditu parœciæ Massineani, impensa necessaria pro restauranda Ecclesia S. Mariæ de Misericordia in novam parœciam erigenda, ac inutili medio providendi parochianis deputatione capellani curati degentis in aliqua Ecclesia suburbanâ, dismembrationi petitæ locum esse dixit eadem Sacra Congregatio, ac providendum esse juxta votum Emi Archiepiscopi, et conventionem initam inter deputatos Massineani et parochum illius loci die 20 Novembris 1822. ad I et II Dub.

(15. Cum nulla suppetat Canonica ratio, quæ cogat Ecclesiam S. Antonii de Gajana sejungi ab Ecclesia Parochiali S. Laurentii

de Vevignano, eoque minus in titulum Parochialem erigi; contra ratione loci, ac distantiam majus sibi commodum pro rebus sacris expostulent, qui ad S. Antonium de Gajana accolunt, statuit Sac. Congregatio in hac Capellanum Curatum stabiliri servatis servandis cum assignatione primitiarum juxta Votum Emi Archiepiscopi in Bononien. Dismembrationis 30 Maii 1838. ad I et II Dub.

(16. Tres postremas ex his quinque conditionibus, quas erigendo Canonicali apponi studuerat Capitulum Arborense, uti ab erigentis mente remotas, rejicit Sac. Congregatio servata quoad priores vigente consuetudine pro Canonice de Massa facto verbo cum SSmo in Arboren. 18 Julii 1838. ad I Dub.

(17. Ecclesia S. Geminiani, quæ prius utpote filialis regebatur per Vicarium Curatum a Præposito Parocho S. Laurentii de Serpiano deputandum, unita Matrîci existit

DISPENSATIO.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Vacante Beneficio a Blasio de Monarisin Collegiata Ecclesia S. Blasii civitatis Centi fundato, et presbyteris a testatore contemplatis non extantibus, Bartholomæus de Monaris petiit facultatem nominandi unicum quem habet filium in undecimo ætatis anno constitutum, et obtinuit dispensationem usque dum filius ad legitimam pervenerit ætatem, impletis interim per alium oneribus: Bononien. Dispensat. 25 Januarii 1783. dub. 1.

(2. Beneficia duo simplicia in Parochiali Ecclesia Thali Vallis Annaniæ erecta de patronatu Familiæ Panizza onere adjecto missarum, ita ut Feria tertia concurrat celebrandi ratione utriusque beneficii obligatio, possidens Sacerdos Joseph Panizza concordiam inivit cum Udalrico Barbacovi, qui subsidiariam passivi patronatus vocationem habet, et rogavit deinde Dispensationem a pluralitate Beneficiorum sub eodem tecto existentium, et S. C. ei rescripsit esse consulendum SSmum pro dispensatione: Tridentina 29 Nov. 1788. dub. 1.

(3. Sacerdos Johannes Santoboni, qui beneficium ecclesiasticum cum onere adjuvandi Archipresbyterum oppidi Mojani redditus scut. 19. 30. una cum Capellania Ecclesiastica cum onere missarum 75. in rurali ejusdem oppidi Ecclesia S. Sebastiani redditus scut. 29. 06. non indiget dispensatione ad utrumque possidendum; Sabinen. 26 Novem. 1791.

(4. Dispensationem a solito studio theologiæ et Sacerdotii requisito, et habitationem denegavit S. Congregatio Clerico Petoni ad hoc ut Canonice in Cathedrali Tusculana posset consequi cum ei obstaret fundatio, et non posset intra annum Subdiaconatum suscipere; in Tusculana Dispensationis 8 Aug. 1801.

(5. Sanationem concedendam esse existimavit Sacra Congregatio Capitulo Mathelicensi, quod sine Apostolice Beneplacito fundum a privato emit ex quibusdam pe-

sub anno 1831. una cum omnibus bonis et proventibus. Ast eam unionem populi utilitati exitiosam existimans hodiernus Episcopus, eam a matrice omnino dismembravit, constituto eidem proprio Parocho assignatisque huic bonis a præpositura sejunctis, inconsulto tamen Præposito. Quod cum et suis juribus læsivum et absque necessitate vel evidentis utilitatis causa, ac nulliter factum contenderet ipse Præpositus, S. Ordo probatis quidem canonicis causis, et rejecta procedendi forma, attentis peculiaribus circumstantiis, omnia ab Episcopo gesta sanavit, mandavitque novæ Parœciæ redditum esse absque honorum præposituræ detrimento conficiendum, et annum tributum trium librarum ceræ elaboratæ præfinivit ab Ecclesia S. Germiniani Ecclesiæ præpositali S. Laurentii in festo titularis persolvendum in signum Matricitatis. In Mutinen. Dismemb. Parœc. 17 Dec. 1838.

cuniis capitularibus, et præsertim quadam summa scutorum 29, 73, 1, retracta ex venditione Chirographi Rescriptionis ab usurpatore Gallico Gubernio traditi in extinctionem Censuum cum Comitatu; dispensatione vero a Censuris opus non esse declaravit, cum venditum rescriptionis Chirographum ad illud genus pecuniarum reducatur, quæ alienari possunt sine solemnitatibus; in Mathelicen. Sanationis 1. Mart. 1815.

(6. Consulendum esse SSmo censuit Sacra Congregatio pro Sanatione quoad fructus a Capitulo Casalensi perceptos indistincte ex Præbendis in Massam communem coacervatis ab Episcopo Villaret, ut morem gereret laicæ potestati tunc dominantis, in Casalen. 29 Novemb. 1815, ad VI Dubium

Sanationem præterea concedendam esse Canonico Francisco Salina quod multa, quæ ei, viro cæteroquin dignissimo, objiciebantur a Capitulo. Ibid. ad I Dub.

(7. Cum nec obreptitium, nec subreptitium fuisset Indultam die 8 Augusti a Sacra Congregatione concessum pro suspensione collationis secundæ capellanæ a Pio Bianchi fundatæ, et erogatione fructuum favore Infantis Joannis Dominici Tomei, donec ad canonicam ætatem annorum quatuordecim perveniret, in qua deliberare posset, de clericali militia suscipienda, quia deficiente linea Galluzzi ad capellaniam vocabatur, illud substineri dixit Sacra Congregatio in Verulana Capellanæ 12 Junii 1811, ad I Dub.

(8. Dispensationem super ætate Aloysio Valentini denegavit Sac. Congregatio quamvis Patronus passive vocatus esset, quia Sacerdotis qualitas in Canonice requirebatur; nec non, sustineri dixit, nominationem Sacerdotis Philippi Principe ab uno ex patronis intra legitimum tempus presentati; in Civitatis Plebis et Perusina Canonice 23 Martii 1838. ad 1 et 2 dub.

(9. Dispensationem ab ætate ad obtinendum beneficium a Dominico Jacoponi ere-